



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Cl. Viri Valerii Andreae Desselii In Academia Lovaniensi
Professoris Regii Erotemata Juris Canonici**

Andreas, Valerius

Coloniae, 1697

XVII. De filiis Presbyterorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62934](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62934)

sed id quod omissum, caute suppleri statutis temporibus, quibus ordines conferuntur, debet. Talis est solemnitas seu c. 1. c. ult. h. r. d. c. 1. in princ.

ceremonia, in ordinatione v. g. Subdiaconi, Diaconi, Presbyteri, impositio manus per errorem omissa; in confirmatio, qui per errorem non chrismate, sed oleo sacro fuit delinitus.

De filiis Presbyterorum.

TIT. XVII.

Sunt & inter prohibitos ordinarii filii Presbyterorum, vel alias ex illegitimo toro nati.

Cur tales ordinari prohibentur?

TUM quia honor sacerdotii seu dignitas Ordinis obstat; cum quia meretur Ecclesia, ne filius illegitimus sit similis patri; cum etiam in detestationem paterni criminis, & ut hoc pacto ipse pater puniatur in filio.

Quor & quibus casibus hoc exceptionem patitur?

Tribus: nam Primò admitti ad Ordines illegitimus poterit, si vitam monasticam amplecti velit, favore Religionis

c. Inter dilectos inf. de excess. Pralat. c. 14. h. tit. arg. c. Vergentis in fin. de hares.

C. 5. nis

nis; ne tamen talis ad præfecturas non admittatur. II. Si Ecclesiæ necessitas, vel evidens saltem utilitas id postulet; idque non lege communi, sed ex gratia & dispensatione. III. Si filii illegitimi restituantur natalibus, vel per subsequens matrimonium, vel rescripto Pontificis.

1. hoc t.

2. Tanta

6 C. 12

Qui filij

sunt le-

git.

Penes quos est dispensandi facultas?

4. 1. eod.

in 6. c.

ult. h. t.

Dispensare potest Episcopus & promoveri ad Ordines minores tantum, si videatur eos viros esse & doctos & probos, & per consequens ad beneficia, ut vocant, simplicia, quibus nec cura animarum nec dignitas est annexa. Ad majores vero Ordines & majora beneficia solus Pontifex dispensat.

1. 15. h. t.

Filius Presbyteri, cum quo hoc modo dispensatum est, potestne obtinere beneficium in eadem Ecclesia, in qua pater simile habuit aut habuit?

6. 3. 4. 5.

20 C. 12.

hoc tit.

Nequaquam; cum, ut Pont. ait, indecorum sit, ut in altaris officio illegitimus filius impudico patri ministret. Et ne quidem illi Ecclesiæ filius inservire potest, cui patet immediate præfuit: ne videatur velut hæreditario jure patri succedere, quod Canones in beneficiis

Eccle-

Ecclesiasticis damnant omninò. Imò
 neque etiam ex legitimo matrimonio *c. 17. h. s.*
 natus parti in eadem Ecclesia succedere
 potest, ob eandem hæreditariæ successio- *c. 17. eod.*
 nis prohibitionem. Atque in his omni-
 bus solus dispensat Pontifex.

De Servis non ordinandis, & eorum manumissione

TIT. XVIII.

Requirunt & SS. Canones inter alias
 qualitates ministrorum Ecclesiæ in-
 genuitatem, hoc est, ut ordinandus sit
 liber, vel natiuitate, vel per domini
 manumissionem.

Cur servi prohibentur ordinari?

PROhibitionis hujus duplex causa
 est; tum quia honestas & dignitas *c. 5. h. s.*
 Ordinis Ecclesiastici civili ser vorum (ut
 neque spuriorum) conditione defor-
 mari non debet; tum ne per ejusmo-
 di ordinationem Ecclesia, quæ cultrix
 & nutrix est justitiæ, debitis suis mini-
 steriis destituatur. Quod in tantum
 procedit, ut servus fugitivus fortè, qui
 fraude aliqua, inscio vel contradicente
 do-

C 6 do-